

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

Donec perfecero hoc. Ph. ineptis. De. sine modo.
 Ph. Postremo tecum nihil rei nobis Demipho est :
 Tuus est damnatus gnatus , non tu : nam tua
 praterierat iam ducendi ætas . De. omnia hæc
 illum putato , quæ ego nunc dico , dicere :
 Aut quid cum uxore hac ipsum prohibebo domo .
 Ge. Iratus est . Ph. tute idem melius feceris .
 De. Ita ne es paratus facere me aduersum omnia
 Infelix ? Ph. metuit hic nos , tametsi sedulo
 Dissimulat . Ge. bene habent tibi principia . Ph. quin ,
 quod est
 Ferendum fers ? tuis factis dignum feceris ,
 Ut amici inter nos simus . De. egon' tuam expetam
 Amicitiam ? aut te uisum , aut auditum uelim ?
 Ph. Si concordabis cum illa , habebis , quæ tuam
 Senectutem oblectet : respice ætatem tuam .
 D. Te oblectet : tibi habe. P. minue uero iram . D. hoc age :
 Satis iam uerborum est : nisi tu properas mulierem
 Abducere , ego illam eijciam : dixi Phormio .
 Ph. Si tu illam attigeris secus , quàm dignum est liberam ,
 Dicam impingam tibi grandem : dixi Demipho .
 Si quid opus fuerit , heus , domo me . Ge. intellego .

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

DEMIPHO, GETA, HEGIO,

CRATINVS, CRITO.

D. Vanta me cura , & solitudine afficit
 q Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptiis.

P 2 Neque

Nam, ut audio, per unam eius aut uiuam, aut moriar
sententiam.

Ge. Phædria tibi adest. An. ubinam? Ge. eccum à sua pa-
lestra exit foras.

ACTVS TERTII SCENA II.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO,
GETA.

Ph. Orio, audi obsecro. Do. non audio. Ph. pa-
d rumper. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tædet iam
audire eadem millies.

Ph. At nunc dicã, quod lubenter audias. D. loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut maneat triduum hoc? quò nunc
abis?

Do. Mirabar, si tu mihi quicquam afferres noui.

An. Hei, metuo lenonẽ, ne quid suo suat capiti. Ge. idem
ego metuo.

Ph. Non mihi credis? Do. hariolare. Ph. sin fidem do. Do.
fabulæ.

Ph. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. Do. logi.

Ph. Crede mihi, gaudebis facto: uerum hercle hoc est. Do.
somnia.

Ph. Experire, non est longum. Do. cantilenã eandẽ canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. Do. garrus
modo.

Ph. Adeo ne ingenio esse duro te, atque inexorabili,
ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Do. Adeon' t. esse incogitantem atque impudẽtẽ Phædria,